



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

XXXV. An Christus sit verè, ac solus incarnatus?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

Sic ille fortiter argumentatur contra Georg Blandratam, qui voluit Christū non esse verum Deum; & tamen adorandum. Planè cōuicit Antitrinitarios.

7. Denique Act. 7. *Lapidabans Stephanum inuocantem, & dicentem: Domine IESV accipe Spiritum meum.*

1. Dicit Davidis: Illud esse Stephanū factum, & non testimonium Scripturæ.

AT exemplum est viri pleni fide & Sp. Sancti.

2. Dicit, Domine *Thōs*, legendum esse, id est, Pater quies Dominus Christi.

AT S. Stephanus, quem vidit stantem Iesum, cum & inuocauit.

3. Istud: *Intendens in caelum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dex. Dei*, id est, ait Fr. Davidis, *tā certò Iesum resurrexisse credo, esseq; in caelo, ac si nunc aperto caelo ipsum viderem.*

Prò! S. Scripturam Dicere, Domine Iesu, id est, Pater Iesu, nonne hoc est cōfundere Patrem cum Filio, more Sabelii hæresiarchæ?

Sed ad amussim decidit, vt omnia, *Di. Tho. 3. q. 25. ar. 1.* Cū in Christo sit vna tantum Persona diuinæ & humanæ naturæ; vna quoque adoratio est ex parte adorati; Ex parte autem causæ ob quam adoratur, adoranti esse plures possunt adorationes Christi vnus; quot scilicet in eo suspexerit quis virtutes. Itaque eādē adoratiōne est adoranda Christi Humanitas, qua Diuinitas; non separata; quia vna in hypostasi vnus est Christus. Vnde Corpus Christi ob eandem est patriæ cultu adorandum, propter vnitum Verbum, vt ait S. Damasc. l. 4. orthod. fidei c. 3. Et Psal. 98. *Adorate scabellum pedum eius. Vbi glossa; qui adorat Corpus Christi, non terram intuetur; Sed illum cuius scabellum est.*

Denique vnum queramus velut pro clausula de Deo Incarnato. Postea de Matre eiusdem paucis: pluscula de Passio & Mortuo: demum de Triumphante simul & cum Commilitonibus suis Militante.

QVÆSTIO XXXV.

An Christus sit verè, ac Solus incarnatus?

LUTHERO. *Christi Humanitas caro non est, sed nudus & merus Spiritus. Quia quod natum est ex spiritu, spiritus est. At, qui non est verus homo natus, nō est etiā verus homo passus, &c. 1. Ita sentit Lutherum Zyvinglius affirmat in Resp. ad Lutheri libr. de Sacram. to. 1. Tu, inquit, Lutherus explicans illud, Quod ex spiritu natum est, spiritus est; Christi Humanitatem, contra omnem veritatis fidem, nudum quendam & merū spiritum esse fingit. &c. Vocatque ibidem Lutherum ipsissimum Marcionem. Minatur, si perrexerit, eo se illum redacturum loci, vt vel vniuersam Noui Testamenti Scripturam negare cogatur; vel Marcionis hæresin agnoscere. Hoc, inquit, bona fide tibi pollicemur nos præsisturos.*

2. Lutherus lib. de Conciliis, parte 2. carni Domini tribuere videtur æternitatem: *Oportet dicere, inquit, Hæc Caro, & hic Sanguis Christi condidit caelum & terram.*

AUTOR. At verò, An hoc non est cum Eutychete naturas cōfundere? Est.

3. **BRENTIUS** in Recognitione doctrinæ suæ de Maiestate Christi: *Ex Maria Christus non nisi Accidentalem formam sumpsit; quam & postea in resurrectione deposuit.* Itaque non fuit substantialiter Homo natus.

AUTOR. Etsi communis Luthero-caluinistarum ab istis abhorret; prædictorum tamen, & Primorum archihæreticorum hic error est damnatissimus: demum sic & Ariani, teste S. Athanasio in capp. ad Eustachium; *Christum, exuta mortalitate formam serui (id est, Humanitatem.) in Domini & Dei formam transfirmauisset.* 2. Idem Mich. Seruetus in dialogo. 1. de Trin. pag. 29, *illud, inquit, est creatura, quod per Incarnationem Christum acquisiuit; ita ac si esset res accidentalis, amissum est in resurrectione. Talis factus est*

de

de Homine regressus in Deum; qualis olim factus est egressus è Verbo in carnem. Vide supra, quæst. 27. de deficatoribus carnis Christi. Hæc Lutheranè: porro quid Calvinianè?

CALVINISTARVM de sæce BUCERVS est: cuius vox: *An venerit adhuc Messias, incertum est.* Ita apud Vlenbetgium Causa 12. & Possuinum in Notis Verbi Dei:

AVTOR. ATQVI verò ita circum integrè circinare Bucero oportuit. Principio enim ex Iudæo Monachus factus est; 2. Ex Monacho Cinglianus: 3. Ex Zvingliano Lutheranus: 4. Ex Lutherano Semicatholicus: 5. Ex Semicatholico Sacramentarius: 6. Ex Sacramentario rursus Iudæus: 7. Deniq; ex Iudæo Atheus: planeq; nunc tatarus manet, manebit.

2. CALVINVS, Beza, Wittakerus, Transyluani, similisq; farinæ surfures, necessariò coguntur cum Bucero Christi negare Incarnationem. 1. Hi enim Christum ex Patris substantia natum peruicacissimè pernegant; ac pertendunt Deum non fore, si ex Paterna substantia potius descendisset, quàm ex seipso sit ortus. Vide supra quæst. 12. de Autotheanis. 2. Coguntur quoq; negare, Hominem esse Christum; cum ex Matris substantia sit Homo, non ex seipso.

3. Andreas igitur Ericius in profundus abithrum, initio libri de Mediatore Filio; ubi ista: *Vid. re non possumus, quomodo; cum Vna sit trium Personarum Essentia; non Pater simul cum Filio incarnatus sit.*

4. Cùm igitur causa omnium grauissima tam variè ac vesanè agitata ventillaretur inter Calvinistas; denique ita definitè pronunciauit LINDANVS in

Dubitantio, pag. 152. *Qui negant Christum incarnatum; in fundamentum Christianæ Religionis minimè impingunt: quòd imponant, dicemus infra, Fidem scilicet specialem.*

5. ANABAPTISTÆ, iisdem animosè suffragantur dum dicunt: *Tolerabiles sunt, & circa parerga tantum quedam, & res secundarias morbidè languent.* Tales ij visi sunt Musculo in Locis Communib. c. de hæret. n. 2. Certè Calvinus in Instruct. contra Anabaptistas, affirmat, ipsos syllabatim negare, Christum verum hominem esse.

QVÆSTIO XXXVI.

Cur, quomodo, quando videatur Christus incarnatus?

DE LUTHERANORVM sententiis iam plus nimio audiimus: sed inter ipsos consensus nulla.

1. Ex CALVINISTIS sic BEZA in Colloq. Mompelgart. pag. 76. *Iam tunc Abrahæ saculo Christi Corpus exiit.*

AVTOR. AT ex qua matre prodierat? Seruetus, lib. 2. de Trin. *Caro Christi diuina fuit, & cælestis; ut qua sit ex Dei Patris essentia nata.* Memnon Anabaptista in Colloq. Wismariensi: *Inde descendit in uterum Virginis.*

2. BEZA lib. contra Heshusium f. 1. 284. disertius se, suorumque sententiam sic explicat: *Christus in Veteri Testamento pius, non Efficaciè tantum sese; sed etiam Essentià tenuè communicauit.*

AVTOR. AT iisdem è verbis idem, quod nos, colligit Bern. Schlüsselburgi⁹ in Theolog. Calvin. lib. 1. c. 17. Et lib. 2. art. 7. addit è Beza sententia; *Falsò dixisse Angelum, Luc. 2. HODIE natus est nobis Saluator,*

3. Quod